



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCCXXIV. Quomodo Deus fratres cum magno exercitu mirabiliter à periculis mortis liberavit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

Sed dum viderent exercitum Christianorum, ruptis nimis mature insidiis fugientes evaserunt.

## C A P. CCCXXIV.

*Quomodo Deus fratres cum magno exercitu mirabiliter à periculis mortis liberavit.*

**A**nno Domini MCCCCXVII. tempore hyemali frater Henricus Marschalcus & fratres & pugnatores de Sambia & Nattangia dum venissent ante territorium Waykinam, in primo somno noctis tempore, audita fuit horrenda intemperies aëris & insolita, quia venti in modum tonitrii tam horribiliter mugabant, quod præter timorem, qui per hoc hominibus fuit incensus, equi plures quam quingenti fractis frenis & canistris fugiendo discurrerunt per sylvam. Unde factum est, quod equis omnibus præter paucos cum magno labore & tædio recollectis fratrum exercitus est reversus. Postea compertum fuit in veritate, quod magna multitudo infidelium parata in armis fratres & eorum exercitum per tres dies expectavit, & si Christiani intrassent ad deprædandam terram ipsorum, nunquam aliquis ipsorum sano capite rediisset.

Anno Domini MCCCCXVII.  
Joannes Papa Beatum Lode-  
wicum Germanum Robertum  
Regis Siciliæ Ordinis fratrum  
minorum canonizavit, & pre-  
cepit diem natalis sui, V. die  
post Assumptionem Beatae Vir-  
ginis celebrari.

## C A P. CCCXXV.

*De Combustione suburbii castri Gedemini  
G cateris.*

Eodem